

## Folium CLXI

quam significat et sicut psalmi penitentiales. Item partem habet in tristitia et partem in leticia semi plena: quoniam qui cum penitencia transeunt percipiunt vitam eternam: vel animarum beatitudinem: vel saltem certam in purgatorio expectationem. Item incipit a dominica et terminat in sabbato: eo quod a mansionem paradisi nostre captivitas inchoavit: et usque ad futuram requiem perdurabit. Illud quod per peccatum a domino nostro recessimus per penitentiam ad requiem revertemur et terminat sabbato in albis. Et sic extendit per decem hebdomadas: quod per decem loguz ad leticiam pervenit. Rursus incipit a februario. iuxta carch. i. ca. qui dicit quod in undecimo mense sabbatum in secundo anno danti factum est ad eum verbum domini. Sabbath quidam nostra lingua vertit in virga: sonat ei austeritatem et correctio nem: quod in hoc tempore septuagesime de peccatis per quod sumus a dyabolo captivati nos corripit et emendare debemus. Ulex seragesima in quarta feria in albis: quinquagesima in die pasche: quadragesima in cena domini terminantur: nam duo dies que sequuntur et quattuor qui sumpti sunt de quinquagesima supplet locum sex dierum dominicarum: ut sic respondeamus per modulum nostri ieiunij ieiunio domini qui ieiunantur xl. diebus. A septuagesima quippe usque ad sabbatum in albis sunt septuaginta dies et a seragesima usque ad quartam feriam in albis sunt lx. dies: et sic de alijs. Decebat enim ut sic tres fuerint israelitici populi de captivitate reversiones: prima sub corobabel. secunda et tertia sub hesdra ut iam dicitur. sic et nos nostra peccata deserventes: et de peccatis misericordiam implozantes: tres faceremus terminaciones. scilicet in sabbato in quarta feria et in pascha revertentem ad gloriam triumphantem: et quartam in cena domini pro quattuor evangelia per que in his informamur. Sunt autem sex dies in principio septuagesime et principium seragesime et sex inter principium seragesime et quinquagesime: et sex inter principium quinquagesime et quadragesime. Inter finem vero septuagesime et seragesime duo: et in fine serage

sime et quinquagesime duo: et inter finem quinquagesime et quadragesime duo similitur. Et ita habemus a principio unum senarium et duos senarios. A fine vero habemus duo et duplet binarium. Quid hoc figuret al cuius ostendit dices quod una fuit mors christi: scilicet mors corporis quam per unum senarium significamus. Et mors nostra duplex est: scilicet anime et corporis quam significamus per duos senarios. Christus autem per unam suam mortem duplicem nostram destruxit. Item una fuit resurrectio christi: scilicet resurrectio corporis quam significat unus binarius. Et nostra resurrectio dupla est: scilicet resurrectio anime a peccato et corporis a corruptioe: quam significat duplex binarius. et christus sua simpli resurrectioe duplicem nostram munivit. Septuagesima ergo tempus iudice captivitate representat. Si quidem nabuchodonosor populum iudaicum a hierusalem in babilonem duxit: et lx. annis opibus duris afflictus est: ubi in organibus et cytharis et alijs instrumentis sic convivebat in hierusalem non cecinit dicens. Quod cantabimus? cantum domini in terra aliena. Immo vestibus miserie fuit usus. Finitis vero lx. annis cyrus rex qui et christus dictus est rex babilonicum subiugavit populoque redeundi licentiam concessit. Cum patris sub iesu magistro sacerdote cum corobabel ad patriam rediens templum hierusalem cum gaudivo reedificavit: post autem in captivitate remansit usque ad completioem lx. annorum: quibus expletis sub dario et asuero: et quidam sub hesdra: et quidam sub neemiam feliciter reversi sunt: et tunc duplex gaudium habuerunt. Et a ne mystice nabuchodonosor est dyabolus babilonia muros vel inferni. hierusalem paradus: populus generum humanum. Nabuchodonosor a hierusalem populum captivavit: et dyabolus generum humanum a paradiso in hoc infernum vel in infernum traxit: ubi lx. annis illum affecit: vel quod per septem dies currido voluit tur: vel quod vii. milibus annorum includit: putat iam in principio domini est. Populus cantica leticie suspenderit: et generum humanum a cantibus ultionum in deum siluit: populus vestibus miserie usus fuit: et generum humanum vestimento maledictionis operum fuit: iuxta illud. Fiat